VII. H. 57.



John Carter Brown
Library
Brown University

The Gift of
W. Easton Louttit, Jr.
through
THE ASSOCIATES OF
THE JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

103

Cervinus, Laurentius

[Basle, 1498]

Stillwell, Incunabula, no. C836

COSMOGRAPHIA DANS MANVDVCTIONEM in tabulas Ptholomei: oſtendens omnes regiones terræ habi-tabiles: diuerſa hominū genera: diuerſis moribus & conditio-nibus viuentes: annumerās diuerſa aīalia in diuerſis prouin-ciis: inſulas: maria: flumina: & mōtes: & plurima ſcitu digniſ-ſima: vna cū nōnullis epigramatibus & carminibus.

Carthusiæ Gemnicensis

103

PANEGIRICON AD CELEBERRIMVM ATQVE NOBILEM VIRVM HARTMANNVM DE EPTINGEN MAIORIS ECCLESIAE BASILIENSIS CANONICVM: SAPPHICON ENDECASILLABON TETRASTROPHON HEINRICI BEBELI VSTINGEN.

q Va canam docta celebrẽ camena.
Splendidũ Hartmannũ bonitate mira.
Muſa nunc profer fidibus canoris
Pyerideſq;
Fulget hic largo ſuperũ fauore.
Nobilis priſtis patribus creatus.
Q uẽq; virtutes decorant parentes.
Stẽmate claro.
Pectus huic donis cecropis mineruæ:
Pingue donaſti pharetratæ phœbe:
Atq; ſolertem dederas magiſtrã
Calliopeiam.
Pegaſi puris madefactus vndis:
Doctus hoc ſacro ſaturauit amne
Corda: diuorũq; bibit vnde turba
Carmina vatum.
Sunt tibi notæ Mithridatis inſtar
Pontici regis variæ loquelæ:
Atq; ſermonem Cicerone dignum
Promere poſſis.
Integræ mentis: memoranda tecũ
Dona virtutis: quibus ipſe clarus
Emicas: donec viridis ſubintrat
Rhenus in æquor
Q ui cupis tempus reuocare priſcum:
Q uo fuit multo ſapiens honore.
Q uo q; virtutes colebanť atq;
Pallados artes:
Quo pudor regi deerat ſuperbo:
Litteras ſacras coluiſſe nocte
Sæua dum ſudãs agitabat arma
Sole cadente.

Fecit auguſtus moderator orbis
Caius & cæſar : varijq; reges
Maximi bellis adamare vates:
Sæpe ferunt.
Inclitos reges ſequeris diſertus
Omnibus rebus ꝓbitate fulgens:
Non pius nulli ſtudio vigenti:
Ingenioq;.
Talibus ſemper (celebris per æuum)
Te geris mitē & facilem patronū
Atq; mecœnas veluti poetas
Diligis alter.
Propter hoc viuus ſuperos adibis
Nec tua in terris ruitura fama eſt:
Dum polū ſtellas: tenet vnda piſces:
Robora tellus. Vale.

Τέλος

Integerrimo atq; nobili viro Hartmanno de Eptingen maio-
ris eccleſiæ Baſilienſis canonico ſuo dn̄o humaniſſimo Hein-
ricus bebel Iuſtingenſis ſalutē dicit.

t Radunt rerū ſcriptores (vir humaniſſime idēq; doctiſ-
me) Alexandrum illum magnum macedoniæ regem.
Vel ex eo maxime ſe cæteris regibus maiorem oſten-
taſſe: quod alium nullum: neq; legerint : neq; audiuerint : quē
cum illo : & liberalitatis & munificētiæ magnitudine ſplendo
req; comparandū cenſerent: quo facile comparauit omniū ſibi
fauorem & beniuolentiā: vt p omnia terræ atq; maris diſcrimi
na: p totūq; terrarꝫ orbē indefeſſi eū comitarent̄. Quē tu pro-
be imitaris: nam præter eximias alias eaſdēq; īmortales virtu-
tes: Iuſticiā : prudentiā: animi magnitudinē: conſiliorꝫ maturi
tatē manſuetudinē: temperātiam: in reddēdo iure æquitatē. &
reliquas pene infinitas virtutes: quibus ſplendidiſſime abun-
das: ita ꝓpenſe beneficijs & humanitate ꝓſequeris: amas: & fo
ues omnes & doctos: & bonarꝫ artiū ſtudioſos: optimaq; indo
le & ingenio præditos: vt omniū ſtudioſorꝫ refugiū: leuamē &
aſylū merito ſis & haberi poſſis: qui cū omni antiquitate: & in
omni benificētiæ & liberalitatis genere contendas: & nr̄o æuo

viuẽtes:lõge ante eas(Nã vt es doctiſſimus)reuocare conaris priſta illa & aurea ſæcula in qbus cũ ſapiẽtia & ꝟtutes ĩ hono-re erãt: Vigebãt tũc optimaꝶ artiũ ſtudia:& ſtudioꝶ cultores. Qui & ſi de nobilib⁹ ꝑẽtibus ortus ſis:q etiã rebus bene geſtis optĩe ꝓmeriti ſũt erga impiũ:tñ nihil eſſe putabas:niſi etiã bonis artib⁹ niteres:ne tm̃ aliena iactare videreris: qđ Seneca tragic⁹ vates illaudabile nobilib⁹ iudicauit: ꝓfect⁹ itaqꝫ ad ſtudiũ Pariẽſe:hic ad multos ãnos ꝙ exacta cura & diligẽtia ꝓſecut⁹ ſis bonas artes:q̃tã deniqꝫ operã nauaueris: tũ in philoſophia: tũ in alijs præclaris artibus luce clarius patet: cũ adeo grauit: adeo facunde:adeo demũ diſertiſſime: & diſputes & loq̃ris:& tãto acumĩe oĩm admiratione:ſũmaqꝫ tua laude rñdeas: vt ad vnguẽ ſingl'a tenere videaris. Nec tã optimi diſertiſſimiqꝫ viri tibi famã cõcitaſti ſingularẽ:qđ bonoꝶ ſtudioſorũqꝫ hoĩm & colas & obſerues oĩe genus:ꝙ qđ ab eoꝶ hoĩm cõditione ſp abhorrueris:q oĩs honeſtatis obliti & decoris:p oẽm vitæ infamiã in quãqꝫ corporis voluptatẽ fœditatẽqꝫ reddiderũt ſe p clines:q vt ſũt oĩ malignitati obnoxij:ita a bonaꝶ artiũ ſtudijſ alieniſſimi. Nec velim dignïſſime Hartmãne adulatiõis crimi-ne me inſimules: qđ natura inſtructus ſemp adeo deteſtandũ atqꝫ fugiendũ duxi:vt etiã eos capitali odio habuerĩ: q aliqđ huius criminis ſimulachrũ præferebant. Sed ea oĩa ita manife-ſta notaqꝫ ſũt oĩb⁹:vt q nõ ſciat:ſit nẽo: Apprime igit̃ cõgratulor tibi: ꝙ cũ in ea incideris tp̃a infauſta & infœlicia: qb⁹ lr̃æ & lr̃aꝶ cultores deſpectui ſũt:ita incũbas in bonaꝶ artiũ ſtudia: ita inuigiles: vt qđcũqꝫ fueris ociũ nactus:id omne ĩ bonas artes cõferas:ratus nihil tũ demũ fore:qđ magis glorioſã formã in hũanis apud ſupos æternã beatitudinẽ pariat:q̃ bonis & fi-de dignis(in qbus a ꝓpria qs corrigit̃ cõſcia)artibus inſudare Poſtremo aũt ꝙ oẽs hũanitatis ſtudijs deditos :ea cõplectaris beniuolentia & charitate: vt te merito & p̃onũ appellẽt: & tutorẽ ſingularẽ: Facis id ꝓbe & magnifice:& vt de bonis artib⁹ optime meritus: & certiſſimũ teſtimoniũ de te præbes: ꝙ harũ reꝶ nõ ſis ignarus. Quotidie enĩ a deo optimo maxĩo deſide-ras: ꝙ ea priſta tẽpora reuocent̃: qbus reges & impatores bo-nis artibus operã dabãt: & haꝶ cultores ſũmopere diligebãt: tũc viguerũt ſapiẽtia & ꝟtus. Nã vt hiſtoriæ ꝓhibẽt: Iulius cæſar totius Romãi imperij inſtaurator: ſũme poetas dilexit: imo

in poetaꝝ collegiũ ſe recipi gaudebat: & q̃ doctus fuerit: q̃q̃
terſe & ornate ſcripſerit: teſtant̃ eius cõmẽtaria de bellicis re
bus: quæ dũ in Galliã ꝓficiſceret̃ edidit: die in armis: noctu ĩ
philoſophia ſe exercẽs. Quid loquar de eius ſucceſſore oĩm
regum fœliciſſimo Auguſto octauiano: qui quantũ doctrina
valuerit: reſtant adhuc eius carmina in æneydos Virgilij lau-
dem: a quo noſter Maro nõ ſolum ſumme dilectus: ſed & ma
ximis beneficijs honoratus. Idẽ poſſum dicere de Ennio quẽ
Scipio africanus maior: præter hoc ꝙ eum ingenti afficiebat
fauore: etiam eum omniũ ſuaꝝ viarum comitem habere vole
bat. Quid memorẽ Pompeium: qui ex rerum a ſe geſtarum
magnitudine cognomento magnus dicebatur. Ille Mitylene-
um quẽdam poetam rerum ſuarum ſcriptorem ciuitatẽ con-
donaſſe fertur. Item Philippus macedonum rex gauiſus erat
ei natum filium Alexandrum eo tempore quo florebat Are-
ſtotiles: Nec ſecus Alexander filius fecit: qui dum Aſiam in-
uaderet: Areſtotilem & Caliſcenem philoſophos ſecum duce
re curauit: Vt inter tumultuantia arma: etiam indies doctior
euaderet. Qui etiam in Cherillũ poetam maxima munera cõ
tulit: quẽ tamẽ Horatius Flaccus noſter ignarũ fuiſſe ſcripſit.
Nec libet ommittere omniũ poetarũ patrem & fautorẽ Mœ-
cenatem: qui ſummã familiaritatẽ contraxit cum Virgilio &
Horatio: & eius tempeſtatis oẽs poetas mirifice adamauit:
Hoc fecere Meſſalla in Tibullum: Piſones in Horatiũ: & om-
nes principes: qui ſuꝑioribus tẽporibus claruerunt. Cũ ergo
tanti tanq; excellentiſſimi reges & principes: nedũ poetas: &
philoſophiæ cultores dilexerint: & largiſſimis beneficijs de-
corauerint: verũetiam eoſipſos doctiſſimos fuiſſe cõſtet: Po-
etas noſtro æuo contemni: & ꝓ nihilo haberi indignũ cenſeo.
Scio enĩ aliquos nunc qui ſe theologiæ ꝓfeſſores prædicant:
neſcio qua auctoritate fulciti: niſi ꝗ iudices ſint ſuæ inſcitiæ et
ignauiæ: qui humanitatis ſtudia nõ ſecus ac quandã publicã
& teterrimã peſtẽ: & homini chriſtiano fugiendã clamẽt & vo
ciferant: A quoꝝ opinione doctiſſime Hartmãne ſemp̃ fuiſti
alienus. Priores enĩ reges & theologos vetuſtos doctiſſimos:
q̃ hoꝝ inertiam imitari maluiſti. An didicerint a ſancto Hie-
ronymo: Auguſtino: Ambroſio: Baſilio magno: Lactantio:
Firmiano: Tertulliano: & Leone ſummis theologis: & totius

chriſtianæ ecclesiæ fundamentis & columnis? Qui ſi poetas reijciendos cenſuiſſent: ſeipſos reijciſſent: cum ſummi poete fuerint: & eorum libri non ſolum aliquando æquent Ciceronis eloquentiam: ſed etiam (pace eius dixerim) omnino ſuperent: & poetarum dictamina vbiq; redoleant? Non mediuſfidius: ſed eamobcauſam eos facere cogito: q inuideant alijs q ipſi atingere nequeunt. Sinamuſ ergo eos in ſua ignorantia dormire: donec paululum reſipiſcant. Ad te igitur venio humaniſſime Hartmanne: qui me q̄uis omniū rerum ignarum: ſed poeticæ artis inquiſitorem diligentiſſimū: tot tantiſq; muneribus & munificentiſſimo auxilio obſtrinxiſti: me deniq; exulem & omnium rerum vacuum ſuſtentaſti & conſolatus es: vt in te patronū & patrem alterum appellem & habeam: Sim merito ingratiſſimus iudicādus (quo tum vitio nihil vnq̄ tetrius aut peſtiferū magis duxi) Cū erga illis tuis liberaliſſimis ī me beneficijs nūq̄ nec verbis nec factis ſatiſfacere poſſe confidā. Velim tn̄ de me id tibi ꝑſuadeas: nihil me eoꝝ obmiſſuꝝ vnq̄: quæ tibi vel honeſta vel frugifera ſint. Dedico igit̄ tuo noī hunc coſmographiæ tractatulū pulcherrimū: in q̄ mira de diuerſis regionibus earūq; cōditionibus & moribus: diuerſis animalibus: fontibus: fluuijs: moribus: & cæteris infinitis videbis: ſicut res ipſa declarat: quem nuper ex Cracouia deportaui. Eum eo beniuolentiori animo ſuſcipias rogo: q is ab homine celebermo & doctiſſimo proceſſit. Magiſter enī Laurētius coruinus de Nouoforo Sleſiæ vrbe præceptor meus obſeruantiſſimus eundem compoſuit. Vir ſane eruditiſſimus & in omni genere virtutis inſignis: quem cum per ocium licuerit: legas etiam atq; etiam rogo. Vale: & me vt ſoles commendatū habe: ex Baſilea. 1. 4. 9. 6.

τέλοσ

AD EVNDEM HARTMANVM HEXAMETRVM

a Ccipe non lentū nr̄i modo pignus amoris
Hunc Hartmanne librū: mittit quē Sarmata doctus
Hinc vbi ꝑpetuo dureſcit terra rigore.
Vnde venit boreas: gelido ſpiramine durus.
Hic vbi magnanimus poſuit ſibi mœnia gracchus
Aereāq; arcem: veteri quā noīe dicunt

Tunc corrudunũ: celebris nũc nota paleſtra.
Hic coruine viges toto venerandus in orbe.
Qui varia populos ſcribis regione morari.
Diuerſoq; ſitu: cultu & diſcrimine moꝝ
Multiplici: latis diuerſa aĩalia terris
Criſpos hic Indos Afros: hic pandit hiberos:
Et quoꝝ ſcythicũ tellurem frigus inurit:
Roſſida quoſq; videt mortales degere luna
Hic docte cecinit: altis quoq; mœnibus vrbes.
Quoq; freto monſtrat: ſit & inſula quæq; repoſta:
Et rigidos montes: Vaſtæ quoq; flumina terræ.
Quomodo cum volucri contendant æquora curſu:
Aequoreos ſcopulos ſyrtes dirãq; charybdim.
Pluraq; comperies docti monumenta libelli:
Quæ lege non duris oculis Hartmanne rogamus:
Iãq; vale gaude longum victure per æuum
Et famulos inter proprios me ſemper habeto

τέλοσ

PENTHAMETRVM ELEGIACVM MAGISTRI LAVRENTII CORVINI NOVOFORENSIS IN ALMA ACADEMIA CRACOVIENSI: QVO LABORIS SVI SVBIECTAM DESCRIBENS MATERIEM OPTIMARVM ARTIVM: ALVMNOS SIMVL HORTATVR VT EIVS OPERAM SIBI DVCANT COMODATVRAM

Erraꝝ varios phœbi ſub vtroq; iacentes
t Cardine: mortales commemorare libet.
Quos & athlanteas nunq̃ ventura ſub vndas
Pigra pannoſis deſpicit vrſa genis
Nec mihi flãmiferi quam torrent brachia cancri
Tellus cum bibulo prætereundo ſolo eſt
Quam quoq; imbifera deſpectat aquarius vena:
Inter & ideos alma capella greges
Cur citus in gelidum brunali frigore pontum
Sol ruit: vmbriferos noctis & auget equos
Rurſus hyperboreos aditurus lampade montes:
Explicat æſtiuo tempora longa die
Hunc glacialis hiems præmit: hunc ſitis improba turbat:

Alter librato ſub Ioue viuit ounas.
Climata multiuago ſolis digeſta meatu:
Quos & in acceſſos ſcribit in axe globos
Quæ vel ab excelſa vario ſub ſidere rupe:
Aeolus in ſtratos flammina mittit agros.
Aequora cum ſinibus latas obeuntia terras:
Quæ vel arenoſis ſtringit ora vadis.
Cærula quæ vitreo menſura ſub æquore tethys:
Extremo aut tellus thetros alma tenens.
Nubiferos montes: fluuioſq; ex montibus ortos:
Et iaculatricis pulchra vireta deæ.
Oppida: tumq; ſuis munitas turribus vrbes:
Hoſpita quicquid habet: deniq; terra canam.
Huc ades egregium ſeu te cœleſte vocarit
Numen: ad aoniæ plectra canora deæ.
Seu te ſacra iuuant ſuperũ: radioue diſertus
Deſcribit picti lucida ſigna poli.
Cetropiæ ſeu te iuuat indulſiſſe mineruæ
Et rerꝝ varios edidiciſſe modos
Siue ducum mauis ſecli & monumenta prioris
Noſſe: leues aditus hoc tibi præbet opus.

PROEMIVM

c Vm geographia iſtiuſmodi telluris notio: quæ nobis mortalibus deorꝝ munere incolit: nedũ diuinos muſarũ alumnos rerꝝq; geſtarꝝ ſcriptores vetuſtatis memores: cognitu faciliores efficit: verꝝ etiã ſacræ legis obſcuritates ambiguas creberrime reſerat: ſagaciſq; naturæ vim in diuerſo rerũ genere latitantẽ: necnon varios ſiderꝝ influxus effectũ mira varietate ĩ dubio cõprobat. Ne igit̃ illius exptes ĩ errorẽ in quẽ proni ruimus: eo licẽtius præcipitemur: neue plurimi geographorꝝ codices multũ tẽporis adoleſcentũ florẽtiori eripiãt ætati: oportunũ fore cenſui: vt ea quæ diffuſe & velut in ampliſſimo campo a diſertiſſimis & fide dignis notata ſũt viris de vario orbiſ tractu paucis ederẽ. Et q̃q̃ plurimos fore nõ dubitẽ: q hoc opuſculũ improbaturi ſunt: in mediũ ducentes ſui liuoris ꝓbamentũ: me nondũ totius germaniæ & ſarmatiæ oras ꝑluſtraſſe: & tã repentino impetu in ꝑegrinarꝝ gentium errans aſſurrexiſſe: quæ iam maturos æui & diſertiſſi-

mos decet viros:non natu minorē:qui nec dum facundos elo-
quij potaui latices : fauceſq; ſcabræ rubiginis plenas nōdū ca
uernoſo terſi pumice. Eorū tamen aculeo miſſo facto eo iuſti
fiam:dum quæ non ſenſu luſtrauerim: verū quæ ab excellen-
tiſſimus viris ſtili officio apud nos relicta ſunt:ſcripturus ſum
Eadē varijs poetarū ſentētijs cōprobādo . In promptu etiā eſt
neminē totam terrā viſurū:ob vitæ cito interituræ anguſtiam
terrarūq; diſcrimina ex gentiū diſcordi conditione īminentia:
niſi longæui illius Neſtoris ſuparet ſæculū: A latiq; pegaſi in-
ſidēs tergo:auras traijciat:oēm telluris ſitū exploraturus . Sat
itaq; fore reor:dū noſtros labores ingenui adoleſcētes in diſci
plinarū paleſtra indies magis ac magis exercitandi ſibi ducēt
comodaturos:quorū ꝑpulchra indole ſtimulati:votiſq; morē
gerere anhelantes:ꝓpoſitum cœleſti adiuti numine exeq̄mur.
Priuſq̄ vero habitabilis terræ regiones:gentiū mores:fluuios
montes:næmora:ſinus:æquora : & quicq̄d monſtri tellus aut
æquora foueant:vnde velut practica vſi diſciplina ordiamur.
Libet parūper theoricæ indulgere : quæ Ptholomæū interp̄-
tatura palellerū meridianorūq; rōem edocebit:regionū diſtan-
tias ſcd'm longitudinis & latitudinis menſurā. Eleuationē po
li:noctiū & dierū varietatē:ſcd'm diuerſos terrarū tractus. Mi-
liariū diuerſam cōputationē:Septēgēminorū climatū diſcreti
onem. Modū deniq; quo quæuis regio aut oppidū facile ſit in-
uentu:ſub quo cœlo ſitū fuerit. Addita poſtremo diſcordi vē-
torum qualitate:quæ oīa non extranea : imo maiorē in modū
ꝓfutura quis ambigit:dum vno ſenſu ea penetrarit . Gemina
itaq; parte tota intentionis nr̄æ materies partita eſt: Theorica
videlicet & praxi:primū itaq; libamē guſtādū fore reor :quæ
telluris plaga habitatiōis ſit patiēs:& quæ nō q̄tenꝰ īnoteſcat.
Nō tñ t̄ræ globū in circūfuſo pēdentē aere nobis fore ſubiectū

DE TELLVRIS IN .V. ZONAS DIVISIONE

t Ellus in primordiali ignaui chaos reſolutioni ſuo ſub
ſidens pondere:quiuis præcipue digeſta eſt paralellis
a diuerſo ſolis meatu(vt paulo poſt dicetur) receptis:
quos nimietate caloris:frigoris:& ſalubre tremperie:vtriuſq;
diſtinctos grāy zonas ꝓhibent. E quorū numero q̄ plauſtro &
geminæ ſubiacēt vrſæ:auſtriq; prima pſentiſc t ſpiramīa:ob-
dura inhorreſcūt glacie:& ꝑpetuis obriguere pruinis:adeo vt

vtraq; regio habitatiōis minīe patiēs ſit: aſſiduis qm̄ eſt obſeſſa
niuibꝰ. Sola veris: æſtatis: & autūni nō nouit viciſſitudinē: ni-
hil nāq; eoꝝ quæ a cœlo ī t̃ras decidūt accipit: ꝗ hiemē ſempi-
ternā & glacialē torporē: q nec vlli aīantiū generi nec frugi vi
tā miniſtrat: cū illā calore & humore fouere nemo neſciat. Illic
tellus raſtro intacta: nec vllo ſauciavomere: herbaꝝ minīe ami
cit̃ viriditate: veꝝ rigido adopta gelu: nūq̄ ꝓpingore adeo in-
caluit phœbo: vt exoluta niue: ꝓcreādis frugibꝰ ſeſe vberē red
deret. Lucanꝰ: Et q̄ pruina rigēs ac neſcia vere remitti. Aſtrin
git ſcithicū glaciali frigore potū. Nō pecus vllū næmoroſis er
rat ī valllibꝰ. Nulla deniq; volucris frōdoſis inſidēs ramis: hāc
rigentē demulcet aurā: qm̄ oīe genus alitū & pecudū Aprico
gaudet ſole. Dānata igit̃ mūdi ps hæc relinq̃t: Et a reꝝ natura
in nubē æt̃næ caliginis merſa. Tibullꝰ: Illic & denſa tellus ab-
ſcōdit̃ vmbra. Et nlla incepto ꝑlabit̃ vnda liq̄re. Sed durata ri
get denſā ī glaciēq; niuēq;. Quippe ibi nō vnq̄ titā ſupingerit
orbis. Medius ꝑalellꝰ & maximꝰ æt̃no afflatu cōtinui calo
ris vſtus ob feruoris nimietatē: inhītabile facit ſpaciū victuris
In ꝑte tñ ꝑuſtæ q̄ tēꝑatæ vicina ē mortales degūt: auctore Ma-
crobio & Ptho. Nā Syenæ ciuitas que ꝓuīciæ Thebaidos poſt
mōtiū deſerta prīcipiū ē ſub ipſo æſtiuo conſtituta circulo: &
ī meridie vmbilicos facit ſine vmbra: vbi primū vt īq̄t Strabo
ī meridiē ꝓcedētibꝰ ſol ſuꝑ ꝟticē fit: dū certā cācri ꝑtē ingredit̃
hora diei ſexta teſte Lucāo. Vmbras nūq̄ flectēte Syene. Sub
cācro itaq; habitari demōſtrat Pho. & Virgiliꝰ ī bucc. Aethio
pū ꝟſemꝰ oues ſub ſidere cācri. Et Meroe tribꝰ milibꝰ octin-
gētis ſtadijs ī ꝑuſtā a Syene introrſū recedit: & ab illa vſq; ad
terrā cynamomi feracē ſūt ſtadia octingēta. Vltra ꝟo iā inac-
ceſſū ē: ꝓpt̃ nimiū ſolis ardorē. Lucanꝰ. Quaq; dies mediꝰ fla
grātibus æſtuatoris. Et Tibullꝰ. At media ē phœbi ſemꝑ ſub
iecta calori. Seu ꝓprio t̃ris æſtiuū fert̃ in orbē. Seu celer hiber-
nas ꝓperet reducere noctes. Nulla nec exuſtas habitant aīalia
t̃ras. Scribit tñ Petrus de Apono: Q si ſub tropicis habitabit̃
ſub æq̄noctiali q ē in medio tropicoꝝ: habitationē q̄nq̄dē af-
firmat oīm phōꝝ prīceps. Mediū ſapit naturā extremoꝝ. Du
plex aūt rō īuenit̃ cur ſub tropicis difficilis ſit hītatio: Cū ꝓpt̃
longam ſolis morā ſupra caput æthiopū: Et propter directam
incidentiā ſolis ſupra capita ipſorū: In æq̄noctiali licet ſol dire

ctus ſup̄ capita habitãtiũ ſit: nõ diutiuſ morat̄: cũ ibi æqnoctiũ ſemper ſit: raroq́z. xij. horas excedat dies: vt demonſtrabit̄: Et ſic qđ lux calefacit: tenebræ refrigerãt. Qua ꝓpt̄ aerẽ ĩ ea plaga credũt tẽpatiſſimũ q̃ ĩ alijs zonis. Credit & idẽ Petr9 & fruges reliq̃ſq́z t̄ræ fructus bis ĩ ãno matureſcere: qm̃ q̃ttuor ãni tpa bis in ſingl'is ãnis apud illos ſũt: Ptho. Itẽ Taprobanẽ inſulã inhitabilẽ ponit: quæ dimidia ſua pte æqnoctialẽ vergit. Int̄ extremos ṽo & mediũ duo maiores vltimis: medio mĩores ex vtriuſq́z vicinitatis intẽpie tẽpant̄: vbi tm̃ vitali aura mortale veſcit̄ gen9: Iuxta illđ Vir. Duæ mortalibus ægris munere cõceſſe diuũ. Hic (vt inqt Tibull9) placidus nobis p tpa ṽtit̄ ãn9. Hic & colla iugo didicit ſubmittere thaur9. Et lẽta excelſos vitis cõſcẽdere ramos. Tõdet̄q́z ſeges maturos ãnua ptus. Et ferro tellus: põtus cõfũdit̄ ære. Quĩ etiã ſtructis exurgũt oppida muris. Nõ tũ ambæ hæ zonæ hoĩbus nr̃i generis indultæ ſũt. Sed ſola hæc quæ ẽ a tropico æſtiuo vſq́z ad arctos ab oĩni q̃le ſcire poſſimus hoĩm genere. A ſarmate pannones: itali: græci: barbari: cuiuſcũq́z natiões ſint. Illa ṽo a tropico hiberno ṽſus antarticũ polũ ſola rõne pcipit̄: qđ ꝓpt̄ ſil'em tẽpiẽ ſil'r incolit̄ Sed a qb9 nõ licuit vnq̃ nec licebit cognoſcere: Intiecta enĩ torrida vtriq́z hoĩm generi cõmerciũ ad ſe denegat cõmeãdi. Eadẽ rõne inqt Macrobi9 nos nõ pmittit ambigere: qn p illã q̊q́z t̄ræ ſupficiẽ q̃ ad nos hẽt̄ inferior: Integer zonarꝫ ambit9 hẽat̄ Aut dicat qſqs huic fidei obuiare mauult qđ ſit qđ ab hac eũ diſtinctiõe detreat. Nã ſi nobis ĩ hac t̄rarꝫ pte quã colim9 viuẽdi facultas ẽ: qa calcãtes humũ: cœlũ ſuſpicim9 ſup ṽticẽ & erectos vultus ad ſidera tollimus: qa ſol nobis orit̄ & occidit: quia circũfuſo fruimur aere: cui9 ſpiram9 hauſtũ. Cur nõ illic aliq̃s viuere credamus: vbi eadẽ ſẽp ĩ ꝓmptu ſũt. Hoc idẽ Strabo in pricipio dicẽs: Antipodes int̄ ſe q̊dãmõ neſcij cẽ ñ ſum9: nã q ibi dicũt̄ morari: eãdẽ credẽdi ſũt ſpirare aurã: qa eadẽ ẽ ĩ eiuſdẽ zonalis ambit9 cõtinuatiõe tẽpies: idẽ phœb9 illis & obire dicit̄ nr̃o ortu: & orient̄ cũ nobis occidet. Calcabunt æq̃ vt nos t̄rã: & ſup ṽticẽ cœlũ ſẽp videbũt: Nec met9 erit ne de t̄ra ĩ cœlũ decidãt: cũ nihil vſq̃ poterit ruere ſurſũ. Si eĩ nobis (qđ aſſerere ioci ẽ) deorſũ videt̄: vbi ẽ tell9: & ſurſũ vbi cœlũ: illis q̊q́z ſurſũ erit qđ de ĩferiore ſuſpicẽt: nec aliq̃ mõ ĩ ſupna caſuri ſũt Affirmari q̊q́z & apđ illos min9 rerꝫ pitos hæc exiſtiare de no

bis:nec credere poſſe nos in quo ſumus loco degere:verũ opi-
nari ſi quis ſub pedibus tentaret ſtare caſurũ: nuſq̃ tamẽ apud
nos qſpiam timuit ne caderet in cœlũ:ergo nec apud illos qſ-
piam in ſupiora caſurus eſt. Nemo etiã ſi diuinæ philoſophiæ
pfundus ſaltem extiterit:alumnus negare auſus eſt:quĩ in illa
terræ ſuperficie imbrium caſus glebas irrigat: pducendæ fru-
gis & pabuli gr̃a. Q d' illic aĩantiũ gen9 p virẽtia prata imbriũ
æque vt apud nos alit. Nã ſi aer terreni frigoris exalatione dẽ-
ſatus in nubẽ cogit̃: & ita abrũpit in nubes. Aer aũt vniuerſã
terram circũfuſus ambit pculdubio: ex omĩ aeris parte præter
vſtã ppetuo ſidere liqr pluuialis emanat: q vndiq; terrã in quã
nutu ſuo ferunt̃ põdere defluit: q ſi quis reſpicit:ſupeſt vt æſti
met extra hãc vnã ſupficiẽ quã incolimus qcquid niuiũ grãdi-
nũq; cadit totũ in cœlos de aere defluere: quod nemo niſi totus
vecors & rationis expers dicturus eſt. De his itaq; q aduerſa
nobis figunt veſtigia quos ſacra nr̃a vetat fore religio:non lo-
cuturi ſumus:nec de his q aliã noſtræ ſupficiei temperiẽ hauri
unt: ſermo futurus eſt. Ignotarũ enmi rerũ rationi nemo ſtili of
ficio aut quouiſmodo dare poteſt. Verũ cognita dũtaxat mor
taliũ regio & habitationis patiẽs nr̃i laboris fiet materies.

COMPENDIOSA ZONARVM DESCRIPTIO.

Erra cũ quinis redimita zonis:
t Semper algenti tegit̃ pruina
Qua procelloſis oritur tepeſcens:
Nubibus auſter.

Quaq; torpentẽ glacialis vrſæ:
Enſifer currum ſequit̃ boetes:
Gnoſiam tentans retinere curua
Falce puellam.

Hinc Ceres terræ negat alma fruges:
Nec ſuũ Bacchus placidus racemũ
Inſerit dulci ſibi plena fundens
Pocula muſto

Ignis æterni dator & miniſter:
Tertiam phœbus nimio calore
Inficit:nullũq; animal peruſta
Erret in ora:

Inter has ingens calor atq; frigus
Temperant binas mediū tenentes:
In quibus iuſſit deus æquus omnes
Viuere gentes.

T aūt præfata ad primū ducāt̄ originē: ad ſiderū latio⸗
nē: & ad palellos: ſermoſſ ectēdus ē: præcipue tñ ad ſo⸗
lis meatū: q ī obliq̄ volut⁹ circulo hāc regionū diuerſitatē ex
plicat. Si eni ſol (vt veterib⁹ placuit) inqt Macrobius primo ſa
turnaliū dux & moderator ē reliq̄ꝶ luminū: & ſolus ſtellis p̄⸗
bet errātibus: ipſaꝶ vero ſtellaꝶ curſus ordinē reꝶ hūanaꝶ
diſponūt: neceſſe ē vt ſolē q moderat̄: planetas nr̄a moderātes
oīm quæ circa nos gerūt̄: fateamur auctorē. Conſtat aūt ip̄m
neq; ſurſū vltra cancrū: neq; vltra capricornū deorſū meare:
veꝶ cū ad tropicū venerit cōfinia: mox reuerti: vñ & ſolſticia
vocāt̄. Aeſtiu⁹ aūt tropicus tēpatæ nr̄æ termius ē: iō cū ſol ad
ip̄m finē venerit: nobis æſtiuos facit calores: et auſtrali generi
hiemē: qm̄ tūc ab illis omi viæ ſuæ ſpacio recedit. Rurſus cū
capricornū attigerit: nobis receſſu ſuo bruinā facit glacialē:
& illis vicinitatis gr̄a reficit eſtatē. In ꝓmptu aūt ē ſolē nūq̄ e⸗
gredi fines puſtæ: qm̄ de tropico ī tropicū zodiac⁹ ē. Neminē
igit̄ præterit: cur hæc zona flāmis ſemp ſit obnoxia: quā ſol to
tius flāmæ & fōs & admīſtrator nūq̄ relinqt: Ambæq; ptes vl
timæ arctoa videlicet & auſtral' ad q̄s nūq̄ ſolis calor accedit:
neceſſario æt̄nis rigeſcūt pruinis. Duas v̄o alias tempat hinc
atq; hīc caloris atq; frigoris vicinia. Deniq; ī zona quā inhabi
tam⁹: tēpatā dicim⁹: ptes quæ puſtæ vicinæ ſūt: cæteris calidi
ores ſint: neceſſe ē vt æthiopia: Arabia: Aegypt⁹: & Libia ī q⸗
bus calor ita circūfuſi aeris corp⁹ extenuat: vt aut nūq̄ aut ra
ro cogat̄ ī nubes: & nullus pene apd' ægyptios imbriū caſus ē
auctore Tibullo: Te ꝓpt̄ nullos tell⁹ tua poſtulat imbres. Ari
da nec pluuio ſupplicat herba Ioui: Rurſus regiōes q̄s p̄ter⸗
fluit Tanais & Hiſter: oīaq; ſup̄ ſcithiā loca tāto p̄mūt̄ gelu: vt
nō facile explicari q̄at: q̄ta ſit illic nimiæ frigiditatis iniuria: lo
ca v̄o media qm̄ ab vtraq; nimietate lōge recedūt: verā tenēt
ſalutarēq; tempiē: oēm itaq; regionū diuerſitatē a ſol' meatu
gigni nemo dubitat: Hīc ſeptēgenioꝶ climatū & palelloꝶ ori
go & diuerſitas q̄ꝶ nūerus ne lōgis vtamur ambigib⁹ nūc di
cēdus venit Duæ eni linulæ rectæ a ſeinuicē diſtātes: & nō cō

currētes: ꝑalelli dicūt a ꝑaliſo qđ ſonat cōpo aut æq̄. His enī
cōpam⁹ & metimur t̄raꝶ tractus q̊ ad lōgitudinē: Sol itaq; a
primo cācri pūcto ꝑ librā motus: vſq; ad primā capricorni ptē
deſcribit.c.&.lxxxij.ꝑalellos. Aſcēſur⁹ iterū a tropico hiber-
no ꝑ arietē ad primū tropici æſtiui pūctū: totidē notat ꝑalellos
q̄s ſil' cōglomeratos: ſi duplicauerim⁹ cōptū hēmus grad⁹ to-
tius zodiaci tercētos & ſexagita: nec oēs nr̄o īſeruiūt ꝓpoſito
veꝶ de his dūtaxat ſermo nr̄ erit: q̄s Ptholo. ī vniuerſali geo-
graphiæ ſuæ figura mēorat. Deſcribit aūt Ptho. vigīti & vnū
ꝑalellos ab æq̄noctiali v̄ſus arctō cōputatos: & ſeptē eūdo ab
eq̄tore diei v̄ſus auſtꝶ: q̄m vlteri⁹ ſi q̄ſpiā greſſū tulerit terrā
ab eo incognitā reppit. E q̄ꝶ ꝑalelloꝶ nūero aliq̄ ſūt initia cli-
matū: q̄dā nō: vt ex tabulis Ptho. ſufficient' patet: quæ edocēt
exceſſus graduū vni⁹ ꝑalelli ſuꝑ aliū dieꝶ q̄ntitatē & graduū
eleuatiōis poli: cū ꝑtibus ſuis: habito reſpectu ad æq̄noctialē
miliaria deniq; gradibus paralellorū correſpondentia.

Vius itaq; tabellæ ſi ad occiduū ſolē reſpexeris: dierū
excreſcētia vltra horas duodecī æq̄noctialis circuli ſeſe
primū offert. Sub' æq̄noctiali enī degētibus: ſi vllū illic
mortaliū aut pecudū errat genus: dies cū noctib⁹ æq̄ri neceſſe
ē ob illi⁹ gētis Oriçōtē: vtroſq; polos ſecātē adeo vt q̊uis anni
curriculo tm̄ heſpij ſuꝑ oçōtē ī die ſit q̄tū it ſub t̄ras tpe no-
cturno q̊ fit vt illi hoīm generi ſemꝑ noctes & dies æq̄ ſecant'
ſpacio: qđcūq; cœli ſidus ſol occupaberit: q̄m t̄ræ tumor ī ge
minas æque ſeſcindit ꝑtes: nec miꝶ ſi iſtic ſigna oppoſita æq̄-
les hēant aſcēſus & occaſus: vt inq̄t Lucan⁹ ī nono pharſaliæ
ſuæ: hic q̊q; nil obſtat phœbo cū cardīe ſūmo. Stat librata dies
trūcū vix ꝓtegit arbos. Tā breuis ī mediū radijs impellit' vm-
bra. Deprēſū ē hūc eē locū q̄ circul⁹ alto. Solſticij mediū ſigno
rū ꝑtulit orbē: nō obliq̄ meāt: nec thauro ſcorpi⁹ exit Rectior
aut aries donat ſua tp̄a libræ: Aut aſtra iubet lentos deſcēdere
piſces. Par geminis Chiron & idē qđ carcinus ardēs: Hūidus
egloceros: nec plus leo tollit' vrna. Q̄z primū aūt ſol æquino-
ctiali relicto a terræ tumore flectit' ſeptentriōes aditurus (q̄m
terræ tumor minorat diē) elōgiari neceſſe ē: cuilibet iacēti ſub
ꝑalello aliq̄ ab æq̄noctiali verſus arctoū axē deſcripto: quæ
vt reipſa probentur: accipiamus quempiam ꝑalelloꝶ verſus

arcton primus vltra duodecim horas æq̄noctialis circuli ex‐creſcit quarta pte vnius horæ. Humanū itaq; gen9 ſub palello repoſitū habet diem longiſſimū duodecim horarum & quarta parte horæ. Quanto itaq; magis ac magis a terræ tumore ſol digreſſum tulerit: eo diutius terras ſupiores ſua luſtrat lampa‐de. In thile enī inſula in arctoſita mari & vltimo paralello ſub‐iecta auctore Solino & plinio nox pene nulla eſt. Sole de can‐cri ſidere tranſitū faciente (Viginti enī horaꝝ dies eſt) Eadē ra‐tio nos nō ſinit dubitare aliquos mortaliū quoꝝ zenith articū ſuſpicit circulū vigintiquattuor horaꝝ habere lucē: dū prima cancri ps æſtiuo torref ſole: qm̄ eoꝝ zenith polo iūgit ſodiaci quē & ꝓ oriçontali habent linea. In promptu aūt eſt cœlū aſſi‐dua rapi vertigine. Arcus igit oriçōtalis zodiaci arcū æque ſe‐cabit ſine vllo temporis interuallo: quāobrē vna zodiaci medi‐eta ; eiſdem orief altera ſub oriçonte merſa: nocturni quoq; tē‐poris modica aut fere nulla erit diſcretio. Et diei in .xxiiij. ho‐ras dilatio. Similit noctis in totidē horas: dū ſol capricorni teit‐geri: confinia.

DE ELEVATIONE POLI.

Innoteſcit deinceps tibi ad extremū oriētē præfatæ ta‐bellæ ituro gradus eleuatiōis polaris ꝓ cuius intelligē‐tia pſpicatiori breuibus aniaduertendū ſub æqnoctiali palel‐lo viuentibus: vtrumq; polum in oriçonte fore hinc rurſus ad‐ſeptētrionē euntibus: eo magis ſubleuari polū articū: quanto plus a tumore terræ digreſſum fecerint. Quæ poli eleuatio re‐gionuum & locoꝝ habitabiliū diſtantiā ab æquinoctiali liqdo monſtrat. Tantus enī ſemper eſt tractus oppidi aut regionis: cuius anhelas noſſe menſuram: quanta eſt eleuatio poli ad ze‐nith eiuſdem. Facilis inde cognitu fiet miliariū numerus: ma‐xime dum eundē multiplicauerimus p nūerū eleuatiōis poli. Id tñ magis in modū obſeruandū ſcd'm Ptholomei ſnīam mi‐liaria ab æqnoctiali circulo verſus arcton nō vbiq; gentiū fo‐re æqualia: veꝝ variari ſcd'm maiorē aut minorē terræ tractū A primo enī gradu æquinoctialis circuli vſq; ad duodecimū gradū: vnus ſexaginta miliaria continet; itala tamen vt figura edocet ſubſequens.

	Gradus		Gradus	Miliaria	
	.12.		.25.	.59.	
	.25.		.30.	.54.	
	.30.		.37.	.50.	Non ſecus
A gradu.	.37.	In gradu	.41.	.37.	miliaria ab
	.41.		.51.	.40.	æqnoctiali
	.51.		.57.	.32.	ꝟſus auſtri
	.57.		.63.	.28.	efflatꝰ variāt

q Væ miliaria itala: ſi diuides ꝑ quattuor: q̄ndecim dūtaxat euenient miliaria noſtra: quoniā italoꝝ quattuor vnicum miliare noſtrum menſurant: vt vulgo ꝓhibēt.

Quo fit: vt vni gradui in cœlis correſpondeāt ſub æqnoctiali quindecim miliaria noſtra in terris. Secus nūq̄ gentiū veritatē habet: vt patet calculanti. Quāto enī magis relicto æquatore ad arctos greſſum dirigis: eo magis numeꝝ miliarium diminui apud Ptholomeū compertū habebis: ſecundū paralelloꝝ: & tractuū terræ diminutionē. Neſcius itaqꝫ diſtantiæ quarū regionū ſcd'm latitudinē duce paralello: cui regio ſubiecta eſt: perge ad gradum in fine eiuſdem paralelli inſcripti: quo reperto: vna cum gradu & paralello alterius regionis: ſagaciter tene gradus medios inter ſignatos vtriuſqꝫ paralelli gradus. Dehīc ex præfata tabella numerū accipe miliarium medijs gradibus correſpondentem. Poſtremo numerū miliariū multiplica per numerum graduum mediorum: quo facto diſtantia regionum ſcd'm latitudinem in promptu erit: ſcd'm italorū menſuras. Sin antē ad noſtra reducere velis miliaria: diuide dumtaxat numerum miliarium ꝑ quattuor: & optato potiere.

DE MERIDIANIS

v Erum q̄primū ad decliuiorē præfatæ tabellæ ſitū oculorum aciem direxeris: vnde auſter ſpiraturus eſt: linulas verſus axem arctoum ſemꝑ ſubleuatas conſpicies: quas meridianos memorant: quoniā vbi ſol aliquā illorū ſectionem tetigerit: huic hominū generi qd' ſibi ſubiectum eſt medium ſecat diem. Inde nulli dubium diuerſis terraꝝ alūnis: diuerſos fore meridianos. Cum ſol non vna tēporis morula omnes illorum interſectiones complectit. Quoꝝ origo prima a

gradibus lõgitudinis ſumitur: quæ ab Herculeis columnis ad extremum vſq; Orientem metitur. Geminorum etiam diſtãtia meridianorum quinq; dumtaxat graduum extat & trium: Quindecim qui vnius horæ quantitatem obtinent: quo fit: vt regio quindecim gradibus: aut tribus meridianis ab alia digeſta: dum orientalior eſt: integra hora citius meridiem & diem habet: reliqua ad occiduum ſolem vergente. Metiturus itaq; oppidorum aut regionum diſtantiam ſcđm longitudinis tractum: ab vtriuſq; regionis meridiano ad gradus longitudinis titulo inſignitos deſcende: & medios vtriuſq; meridiani gradus tenaciter obſeruato: vna cum numero miliariũ: quẽ vbi multiplicaberis: ꝑ graduum repertorum numerum diſtantia longitudinis patebit. Vbi vero ad axem ſuſpicies: gradus reperies correſpondentes gradibus & regione notatis.

DE CLIMATIBVS

n Ec climata cum paralellis in occaſu notata nobis prætereunda ſunt: quorum vnũquodq; vnius integræ horæ differentia ab æquinoctiali diſtat. Inde nihil difficile eſt: cur ſeptẽnariũ non excedant numerꝝ: Cũ Ptholomæus quẽ nullus iſtarũ reꝝ error inuoluit: terrã hoſpitalẽ inuenit. Septẽ dũtaxat horaꝝ ſpacio ab æquinoctialibus horis: primũ Diameroes: qđ eſt per Meroen inſulam æthiopũ Metropolim ductum. Secundũ Diaſenes: Dialexandros: Diarhodos: Diaromos: Diaboriſtenes: Diaripheos: quoꝝ vnũqđq; qa diuerſa ſideꝝ virtute moderatur: diuerſos ac varios gignat fœtus: oportet: auctore Virgilio. Hic ſegetes illic veniunt fœlicius vuæ. Arborei fœtus alibi atq; iniuſſa vireſcũt: gramina. Nõne vides Croceos vt Timolus odores. India mittit ebur: mittũt ſua tura ſabei. At calybes nudi ferrum viroſaq; pontus Caſtorea. Eliadum palmas: epiros equaꝝ.

MODVS INVENIENDI VNAMQVAMQVE REGIONEM.

i Gnarus locoꝝ gentiũ aut oppidoꝝ: Ingredere primũ Ptholomei tabulas illoꝝ noĩe inſcriptas: qbus reptis gradus longitudinis latitudinis ibidẽ acceptare nõ pigeat. Deinde ad pictas Ptho. tabellas ꝑge exploratuꝰ lõgitudinis & latitudinis ĩ vna extremitate repto: Duc ſtamẽ aut ner

uũ ad gradũ e regiõe inſcriptũ ſibi tñ coæquũ. Nec ſecus age cũ latitudinis gradũ: Vbicũq; itaq; nerui ſeſe interſecãtes teti gerint: regionẽ aut oppidũ huic ſectioni ſuppoſitũ reperies.

DE VENTIS ET DISCORDI EORVM CONDITIONE.

E pmiſſi ſimus ĩmemores: neue qppiã in Ptholomæi tabula intactũ poſt habeamus: a qua cœli plaga quis ventorꝝ ſpiraturus: varias terras ſuis afflat curſibus: iam enarrare libet. Et veluti in diuerſis ſurgũt terrarꝝ oris: ita varias gerunt conditiones. Nemini enĩ (ſi ſaltẽ præfata tenaci obſeruauimus memoria) dubiũ eſt ſolẽ ipſum nõ in vno parallello ſemp occiduas petere vndas: & renouare ortus: Verꝝ alium ipſius eſſe ortum & occaſum ĩ æqnoctiali: quia Arietẽ & Librã: & q̃ primũ æſtiuũ tetigerit tropicũ: cũ Cãcri ſidere oriri & gẽminis f̃ribus delabi. In hiberno rurſus ſolſticio ſeſe cũ Capricorno tollere & Chirõe ſagittario mergere. Vẽtus itaq; ab ægnoctiali ſpirãs ortu: Subſolanꝰ phibet: Ab hiberno ortu Eurus: quẽ & Vulturanũ dicimus. Ab æſtiui aũt circuli finibus κ̈έκιαϛ græco ſermone vocitatus: Hi nõ parũ habẽt caloris phœbeis radijs ĩmerſum. Lucanus. Tertia iam grauido pluialis cynthia cornu. Et madidis Euri reſolutæ flatibus alpes. Salubriorẽq; ſecũ is ventus defert aurã: cũ a ſole & purior & ſubtilior alijs efficĩ. Nec qppiam veneni mortaliũ infert corporibus. Occiduus aũt æquinoctialis plagæ finis ſalutarẽ illum mittit Fauoniũ. Mutato etiã vocabulo Zephyrũ dictũ. Is qm̃ & caloris & humoris habet temperiẽ: oẽs montiũ pruinas hyemali tẽpore a frigido axe delapſas reſoluit. Horatius. Soluĩ acris hyems grata vice veris: & Fauoni. Quæq; aſpo gelu indurerãt diſſipat: relaxat: & aperit. Virgilius. Liquĩ & Zephyro putris ſe gleba reſoluit: Herbarꝝ quoq; & florum origo ẽ. Ouidius. Ver erat æternũ: placidiq; tepentibus auris Mulcebãt zephyri: natos ſine ſemie flores. Om̃e arboreũ genus ſuo pullulat flamine. Ouidius. Arboribus redeũt de tõſe frigore frõdes: Vuidaq; in tenero palmite gẽma tumet. Om̃e deniq; alitum: pecudũ: & qđ plus eſt: mortale genus luxuriat occultam reuocans venerẽ producendæ ſobolis gr̃a. Rurſus a tropici æſtiui occaſu Chorus efflat: paruum ſecum ducens

rigorem: quoniam ad arcton reſpicit. Virgilius. Fluctibus hiberni: cōdunt vbi ſidera chori. Ab hiemalis vero ſoſticij finibus Africus ad meridiem pauliſp tendit: quo fit vt nonnunq̄ tempeſtatis eſt præſagus. Virgilius. Creberq; procellis Africus: ab axe ſeptētrionali ſummo rigidus: ille ſpirat Aquilo dictus eo qd̓ ſuo rigore aq̄s ligat & cōſtringit. Virgilius. Et glatialis hiems aqlonibus aſperat vndas. Hic q̄m ab hyperboreis volat mōtibus Boreas ꝓhibet̄. Illic q̊tiēs eius frigus īoleuerit: ſcribit Anthonius veronenſis: totius interire præoculi aut equi conſpiciunt̄: aut muli: aut armenta: gelu ipſo contrahi. Et errantes paſſim ꝑ ſiluas pecudes: ſupremū vale decantare. Nec mortales quoq; tute: intra tecta & obſtruſa domicilia cōſiſtere poſſe: Nam vna cum armentis prorſus interirent: niſi obſeruata tempeſtate cū curribus ad mitiores regiones aprico ſole expoſitas effugerent: & ſuos penates rigidos furēte borea relinquerent. Iſtius rigoris non neſcius Naſo inquit. Quid Roma melius ſcithico: quid frigore peius: Is niuium & grandinum ſator nihil ab ſuis antris fert: q̄ ꝑpetuum rigorem. Seneca tragicus. Si qs Caigeti cōſpicuas niues: quas cū ſarmaticus tempore frigido boreas cōpoſuit in ſūmis iugis. Hic etiā qa recto ſpirat tramite: pluuioſi aeris aquoſas diſſipat nubes: nec eas glomerari patit̄: & rigitate ſua terraꝝ ſtringit penetralia: ne imbrium materiem vapores & nebulas exalarent: quo fit vt eius flammīa ſerenū reddūt ethera: ſidereoſq; ignes: rurſus mortalibus oſtēdūt viſibus. Ouidius. Protinus Aeolijs aqlonem claudit in antris. Et quæcūq; fugant inductas flāmina nubes. Virgilius. Ac velut edoni boreæ cū ſp̄us alto. Inſonat egeo: ſequiturq; ad littora fluctus. Qua venti incubuere fugā dant nubila cœlo. Alter illius ore ſpiritus ſeptentrio a Ptholomeo fertur: qd̓ ſub plauſtri ſeptēgeminis ſtellis (quaꝝ quæ anteeūt Triones: hoc eſt boues aratorij compellatæ) originē ducens vicinas afflat terras. Tertius Trachias a grays dictus latini ē expers nominis: a plurimis tamē Circius memorat̄. Axis autē meridianus Euronothū mittit: hinc nothus Auſter latino ſermone dictus: ſinuoſum & flexuoſum nimis habet efflatum quo nebulas in aere repertas inſtar rhetis arcet: comprimit: & conglomerat: vaporeſq; ſub terraneos ſpecus tepenti flāmine

laxat adeo: vt eius ſpiramina creberrime tempeſtatum: pro-
cellarum: imbrium ſint præſaga. Ouidius. Madidis Nothus
euolat alis. Terribilem picea tectus caligine vultum. Barba
grauis nymbis: canis fluit vnda capillis. Fronte ſedēt nebulæ
rorant pēnæq ſinuſq. Nōnunq̄ peſtifer ipſius eſt ſpiritus: ma
xime dum per Cyrenaicam regionem volat: qui ſerpentibus
auctore Solino fœcundiſſima eſt. Baſiliſcum creans: malum
in terris ſingulare: veluti ſuo dicetur loco. Hic itaq vbi virus
contraxerit: ſuo calido ſpiramine animantium corpora aper-
ta clamdeſtine ſubit: tabidam luem ſimul inſpirando. Tertius
huius plagæ vētus Libonothus fertur. Hæc breuiuſcula pro
liquidiori Ptholomæi intelligentia in primis notanda cenſui.
Iam iamq diffuſius nobis æquor arandū reſtat. Longiorq re
rum dicendarū ſeries pandit̄.

Adſitis diui: tuq o ſator alme deorū:
Naufraga præcipiti dirige vela Notho.

DE DIVISIONE TERRAE IN PARTES CVM DISTINCTIONE EARVNDEM.

O Mnis terra q̄uis ab occeano tāq̄ ingens quædam inſu
la circumuallatur: habitabilis tamen non vndiq glo-
bea eſt: cum vtrumq ad ſolis ſemitam altius erecta ca
liginoſæ cuiuſdam nubeculæ (vt inquit Anthonius Veronen
ſis) ſpeciem præſtet. Clamidiſq formā præſefert: inquit Stra-
bo in tertio: quoniam duas fibulas verſus arcton habere con-
ſpicitur: quæ ſi coirent: clamidis figurarent ſpeciē: Hæc & ſi
vnica ſit: in tres tamen partes ſcindetur: quarū quidem vnam
voluerunt Libyam dici a Libe rege Maurithaniæ olim per do
mitam: ſeu ab eo q frigoris rigiditate careat Africā. Eam nāq
arenoſam aridam & ſabuloſam Strabo inquit. Alteram a mu
liere deperdita Europam perhibent: quæ filia Agenoris regis
exiſtens: dum Tyriis comitata virginibus: in littore maurino
puellari ſtudio luſerat: & caniſtra floribus ſtiparat. A Ioue in
niueum thaurum verſo rapta: illiuſq inſidens tergo: p æquo
ra ponti in Cretam delata. Terræ e regione iacenti nomen de
dit. Tertiam quæ cæteras magnitudine & opibus vincit: Aſi
am quidam dictam putant ab Aſia eius regina. Libia ab Euro
pa ſecernit̄: ab vno quidē latere littore Gaditano: qđ a Gadi-

bus dictum eſt. Ab alio aūt latere ſeptē nili hoſtijs: ea potiſſi-
mū in parte. vnde borealis ſinus Aegypti porrigitur. Europā
vero ab Aſia Tanais fluuius diſiungēs: atq ambarum fines
vtrinq plambēs. In Boream verſus Perſauromatas in Scithi-
am vſq: atq in Meotidis paludem ꝓtendiť. Ad auſtrum aūt
verſus Helleſpontum primum extendiť termini ſignum (vt
inquit Anthonius (Ac deinde oſtium Nili qđ magis etiam q̄
Helleſpontus ipſe cōſpiciť ad auſtrū: Alij (vt etiā placet Dio
nyſio) dicunt terram quadram eſſe: quæ cum ita gemino in-
undatur freto Caſpio ſcilicet & Euxino græci illam: vt cæte-
Iſthmos ras quæ ſunt huiuſmodi Iſthmum appellauere: Eāq eſſe quæ
iudaicuſ vtriuſq fine ac termino illidiť. Fuerunt & qui dicerent alium
Iſthmum: q in auſtralē & ipſe diſtentus plagā: & Arabiæ &
Aegypti pſcindens ſinum eſſe: q ab Aſia Libiā ipſam ſeiun-
gat. His itaq limitibus cum vniuerſa ſit tripartita tellus: nulli
dubitandum erit: qn & ipſe ab Oceano circūuallet.

DE OCEANI MEATV EIVSQVE NOMINIBVS.

q Vi qdem Oceanus licet ipſe vnicus ſit: queādmodū &
tellus: multis tn̄ & diciť ſic noībus: tāq̄ vallum quoddā
& diſtractū p ptes corporis diſtinguiť: ꝓpe enī loca ex-
trema: vñ Zephyrꝰ et mōs ſpirat ille Atlas ꝟtice pulſās cœlū
erigiť. haud amplꝰ Oceanus diciť. Sed ab Heſpio vlteriori-
quā illidit Heſperū mare aut ab ipſo mōte Atlāte atlāticū: vbi
(vt inqt Solinus) Oceanus: quē græci ſic noīant a celeritate.
Ab occaſu ſolis irrūpens: leuo latere Europā radit. Africā de
xtro Sciſſiſq Calpe & Abyla mōtibus: q̊s dicūt colūnas Her
culis inter Mauros fūdiť & Hiſpaniā: Ac freto iſti cuius qnde
cim paſſuū efficit lōgitudo. Latitudo vix ſeptē q̊dā oſtio apit
Linē interni æq̊ris. Mixtus mediterraneis finibus: q̊s aduſq
Orientē ꝓpellit. At ſupius ad Boreā: vbi ferociſſime Arima-
ſpoꝝ gētes quæ cū griphibꝰ martē cōſerūt: degūt. Cū ſol ibi
tarde tepideq illuceat: ob ipſius a curſu ſolis diſtantiā & val
latā altiſſimis mōtibus regionē: ex qbus caliginoſis ſemp ob
Glatiale tegiť nubibus: et ob dura inhorreſcit glatie. Quicqd ea loca
mortuū circūfluit Occeani a cōcretis vndis glatialē pontū appellant
Aut ab eo ꝙ ibi fluctus interijſſe videať mortuū mare. Tum
etiā ꝙ ſine motu ppetue cōgeſcat. Saturniū (vt Dionyſio theſ

ſalonicēſi placet. Vñ aũt ſol orit̃ Eoũ: illud aũt Indicũ vocãt. Eoum
Ex q̃ qdē ſtatim illud ad auſtrꝝ v̾ſus effundit̃: qđ rubrũ ſiue Indicũ
æthiopicũ appellãt: ex ea ꝑte maxīe q̃ vaſta quædã ſolitudo Rubrũ
et inhabitabilis terræ plaga cõſpicit̃: ardẽtibus ſemꝑ exuſta ætiopi-
caloribus. Verꝝ ex hoc Oceano multi q̃cꝫ ex om̄i ꝑte ſinus cum.
erũpũt. Ex his igit̃ ſit ille prim⁹ quē Heſpiũ vocãt: qđ ab ex- Heſperi
tremis Heſpiæ ac Libiæ deflues ad Pãphiliã vſcꝫ porrigit̃: alt̃ um ſin⁹
v̾o q̃ licet ſit mĩor. ſuꝑat tñ vtilitate. Effluit enĩ ex eo mari qđ
glatiale duxim⁹: Ea potiſſimũ ex ꝑte: q̃ Caſpia ē: et turbulẽt⁹
efflat Borcas: atcꝫ illđ efficit fretũ qđ dicit̃ Hircanũ. Alij v̾o q̃ Hircan⁹
reliq̃ ſũt: ambo ab auſtro dilabẽtes: q̃ ſupior ĩ Perſidē vſcꝫ ad caſpius.
uerſus Caſpiũ iuchit̃: ac pſicũ efficit ſinũ. Alt̃ aũt Arabicũ: q̃ Perſic⁹
qdē paulatĩ ibi rũpēs ĩ Euxinũ cõtrahit̃. Sũt alij tñ q̃plures ſi- Arabic⁹
nus: ſed q̃m obſcuri ſũt: ideo ꝑtereũdi. Verꝝ his ita ꝑtitis rede ruber
undũ eē ad eos cẽſeo: q̊s ſuꝑ q̃ttuor exiſtere cõmemoraui: vt
q̃les ipſi ſint: quãue obſeruãt ſemitã et q̃s inũdẽt regiões luci
dius declarãt̃. Heſpius igit̃ ſinus: vt ab Occeano incipiã q̃ oẽs
amplitudĩe ac lõgiori vincit curſu: cũ multas gẽtes & ciuita-
tes illidat et oppida. M̃ltaſcꝫ circũfluat ĩſulas et altiſſĩos colles
Oĩa tñ multarꝫ rerꝫ cũ meatu et varietate replet: ſpgitcꝫ vbicꝫ
mirabilē vbertatē. Ipē eĩ ē ĩ cuius frõte colũnas illas ĩgẽtes fe Colũnæ
rũt: ab Hercule vulgatiſſĩa q̊ndã fama cõfixas extitiſſe ad At Hercul.
lãtis verticē: Int̃ q̃s auctore Antho. veroneñ. vna adhuc inſpi
cit̃: q̃ tota æhea ē: ad tãtãcꝫ porrecta altitudinē: vt tranſcẽdere
nubes videat̃: atcꝫ ipſũ qđ mirabile dictu ē: cœlũ pulſare: Hĩc
maris Heſpij prĩcipiũ orit̃. Et ꝑpt̃ea ad metã illã tãq̃ ad caput
inſudaſſe Hercules dicit̃: q̃ oĩ illarꝫ gẽtiũ victor euaſerat. Tũ
v̾o cũ ĩ lõgũ deſcẽdat mare: ꝑ fũdatcꝫ Galliæ litora tandē ad Gallicũ
Maſſiliã: vſcꝫ ſinuoſis fluctib⁹ inflect̃. Ac priſtino deiñ amiſ ſinus
ſo noĩe: Gallicũ appellat̃. Poſtea v̾o ꝑ Liguriã dilabẽs: vñ Ita-
lia iã incipit oriri: et Auſoniæ gẽtes: ciuitates illius multas illi
dit: quæ maxime ad Boreã ſpectant. Atcꝫ inde etiã Liguſtũ a Liguſti-
ligura ipſa quam lambit vocitatur: prorumpitcꝫ inde ſtatim cũ mare
ad Leucopetrã: vſcꝫ quæ e regione poſita Siculo: abluiturcꝫ
freto. Tum vero ad Cyrnũ quæ Corſica eſt: atcꝫ inde ad Sar-
diniam influctuans: ab ea ſtatim Sardinium appellatur. De- Sardini-
inde vero ad Auſtrum verſus Tyrrheniam radens Tyrrhenũ um mar̃

vocatur. Sed cũ poſtea incurue͠t ad Orientem ſolem & Sicili=
am circumferat iniectam freto Siculum. Tranſfuſũq; deinde
Tyrrhenũ mare Siculũ. mare Creticũ mare
Pachinnũ montem atq; ad Cretam vſq; prorumpens: quæ in
ampliſſimo iam maris ſpacio inuoluit: cõfeſtim ſacram illam
& religione & vetuſtate venerabilem. Gotthine͠ vrbem oſten
dit: neq; minus ipſam Pheſton. Et ſi magis intra continentem
ſit ſita. Quæ quidem cũ acliuis ſit & retorta: ad cuiuſdam ca=
pitis arietini ſimilitudine͠ arietis illam caput in colle appella=
uere. Tum vero cum iam vſq; ad Iapigiam ſe reclinet: atq; in
de ad Boream verſus dilatet ſeſe Adriatici: confeſtim nomen
adoritur. At rurſus ad heſperiam citeriorem conflexus: Ioni
Adriaticũ mare Ionium mare Illiria Auſoniæ diſpoſitio
um conficit mare. Ex quo geminæ e conſpectu regiones poſi
tæ ſtatim aperiuntur: quarum altera quæ ingredientibus a de
xtra eſt ſita: Illiria dicitur. Altera vero quæ ad ſiniſtram reſpi
cit: ipſa eſt Auſonia: quæ quidem cum & ipſa ſit tanq̃ ingens
quidam Iſthmos extenſa p̱ continentem triplici occludit̃ ma=
ri. Tirrheno ſcilicet: & Siculo: atq; hoc qđ nup̱ diximus Adri
atico: quorum vnũquodq; a ſuo vento depoſcit motum: vt q
ad alienas mercantur regiones: tuto poſſint e portu euadere.
Nam Tyrrhenum Zephirum depoſcit. Siculum vero agitat̃
Notho. Et Adriaticum Euro. Sed a Sicilia quod Siculum eſt:
in Libiam verſus irrumpat. meridianaſq; inundet ſyrtes: al=
terum ſtatim incurrens mare: & ſi amplius ſit illud & latius:
totum tamen illud euertere funditus videtur: Verum qđ in=
terius eſt cum imbecillem habeat aditum: alterius a longe ir=
rumpentis accipiens fluctus: tanto plærũq; cum impetu inuol
uitur: vt ex montibus Siculis fluctus qui ad Cretã prorũpunt
rurſus ad Oriente͠ verſus: atq; ſalmonidos vſq; vertice͠ relidã
tur: que͠ dicũt ſũmũ ipſius Cretæ caput orientalis. Sed cũ hæc
duo maria maxime fremere & cõcertare inter ſe vident̃: cũ im
pellunt̃ ab hiſmarico Borea: q̃ eruere e conſpectu conſueuit.
Horꝫ primũ nautæ Phariũ vocant: qđ quide͠ vſq; in extremũ
Phariũ mare Sidoniũ mare Yſſicũ
Caſij montis angulũ contrahit̃. Sidoniũ vero alterũ qđ vbi
tractũ p̱ Boreã: in interiora deſcendit̃ terræ: atq; Yſſicã regio
ne͠ illidens: Yſſicũ ſtatim appellatur: nec inde longius multo
apud Ciliciã conuerſũ cõquieſcit. Tũ vero obliquis in Boreã
reiectũ fluctibus tanq̃ ſerpens quidã inflectens ſe atq; in plu=

